QUONIAM in reservatione pensionis super dicto Decanatu ad fauorem Miranda fuerat dictum, quod si Gaspar de Loasis, vel don Petrus Paragana pererent pensionem redactam, vel annullari, & c. liceret Miranda propria auctoritate capere possessionem Decanatus, illamque vigore eiusdem decreti reuocare, & deinde D. Petrus Casimirus comitis obtinere super nullitate pensionis, canone commissionem Petrus ratam habuerit, & vt Rota censuit 26. Octobris. 1594. & propterea Miranda praeponderet factum fuisse locum praedicto decreto, ideo proposito dubio super hoc, conclusum fuit locum factum fuisse per adictio decreto ad effectum, de quo agebatur, postuisset tamen Decanum recedendo a lite extirpare panam in decreto appositam, nam quantum ad primam partem clarum erat, Petrum propter litem motam super nullitate pensionis, & alius professionem, in qua adhuc tenaciter perseuerat, se se statuta panam subdidisse, ob euentum conditionis in decreto appositae, Perallij decis. 147. p. 2. Achilles decis. 311. alias n. 5. de iurcirando in impressis, & siante praesertim clausula sublati, quae tollit potestatem alteri iudicandi, Mirandam per quam dixerat se acceptasse decretum, & eo vti velle, Puteus decis. 34. lib. 1. Mahed. decis. vlt. ad finem de renuntia. nec placuit Dominis ille decreti intellectus per informantis per don Petro, quod intelligeretur, vt non possit opponi de nullitate de facto, non de iure. Oradinus decis. 76. Cota decis. 294. hanc autem nullitatem contra pensionem Miranda apertum habere iuris fontem, ex quo Gaspar non consensit, vt fuerat praesuppositum, & semper in confirmationibus Pontificis subintelligitur conditio, quatenus partes de nouo consentiant, Abbas in cap. super eo. num. 8. de conditionibus appositae, quoniam respo. de iure verba decreti fuisse amplissima, vt de nullitate ex quacumque causa dari non possit, quae propterea tam veritate intelligenda de facto, quam de iure, Rayn. consil. 77. n. 7. & 8. lib. 2. Maluana consil. 12. incip. duo proponuntur, num. 14. lib. 1. & eo maxime, quia Petrus neque de iure opponere posse videbatur siante clausula in reservatione pensionis, quod non possit dari de obreptione, & surreptione, cui clausula sublati, quo casu Papa etiam de iure litem & molestiam prohibuisse censebatur, Puteus decis. 377. lib. 2. 2. parte, quod Decanus possit extirpare panam, si peritendo recederet a lite, & ab omni molestia amplius Miranda: tam de facto, quam de iure inferenda, Dominus teneretur iure maiorem, qui acquiescit, & humanitate

174
iens humana natura conformem secun censuerunt in si-
milibus casibus moram purgare posse, Sarnen. de subro-
gandis caligantibus, quæst. 7. numer. 8. versu. 2. casus.
Anton. Augustinus, in Epitome, tit. de priuatione. Ob-
noluntionem. §. 5. idem lib. 3. decif. 352. incip. Pre-
grinus, idem decif. 619. incipienti, Thomas Athanis.
ubi censent inquam fuisse iudicatum quemquam priua-
ri Beneficio ob non solutionem pensionis, quam senten-
tiam denecipit Rota sape secuta fuerat, vt in vna Cala-
gurrutana Priuatus coram Dom. Blancheto 22. Maij
1579. & 19. Ianuarij 1580. & nuper anno presenti
coram Lita vs. Larnain causa Rosanen, regressus, &
quamuis ex his decisioibus intelligeretur tunc posse
canonizari regressum, & illis decretis penalibus fore
locum, quando adeit magna proteruita in recusante,
pensionem soluere, quam informantes pro Miranda ex
eo contra dictum Petrum deducere & conabantur quod
lito sustineret, & plures alios actus faceret tam in
Rota, quam in signatura, pro pensione annullanda, ni-
hilominus ex aduerso apparebat semper solutum fuisse
pensionem, & nouissime quoque datam à domino Petro
secudum cautionis Ban caris, ex quibus cessare videba-
tur formalis illa & culpabilis perinacia, quæ regressi-
bus viam opperit, supradictis accedebat factum Miran-
de, quoniam, licet commissio & prosecutio cause super
nullitate pensionis fuerint de anno 1592. Mirandata
men exegerat pensionem totum annum 1593. non de-
claranda, quod volebat vti decretis, neque protestando,
nisi de anno 1594 per quos actus alius cenzetur remissa
pena caducitatis, Cassad. decisioe 2. & 3. de locato,
Gumbertus de potestate legati, libro sexto, numero
480. postremo non placuit Dominis illa distinctio, quam
faciebant informantes pro Miranda, de contravenien-
do in omittendo, vel committendo, vt cui contravenitur
in committendo statim secuta contrauentione fiat locus
pene, & sic in casu proposito pensionis ad fauorem
Mirande, iuxta tradita per Bald. in authent. habita,
numero quadragesimo sexto, C. ne filius pro patre,
Antonius, consilij. 93. numero 7. Decius consilij. 136. num.
4. quia licet regulariter grauiore sunt excessus, & er-
rata facta per commissionem, quam per omissionem, Rota
tamen aequitatem canonicam secuta, non amplectitur il-
lam distinctionem, cum contravenientes quantum pote-
rit admittat ad more purgationem, præsertim, sius par-
tis non sit effectum detentis, cap. suam de penis, Ale-
xand. in l. si infulum, numer. 24. de verbor. obligat.
Iassan. in l. si quis maior, numer. 26. & ibidem Cagnol.
numer. 152. C. de transactio. Quamquam autem deci-
sum esset D. Petrum potuisse purgare moram, etiam vs-
que ad tertiam sententiam, non propterea denegabatur
Mirande facultas proseguendi etiam ius suum, si
quod haberet ex alius capitibus ad eundem Decanatum,
tamen si Dominis placebat, quod ius finiretur per con-
cordiam.

53 Nonus modus est per priuationem iuris, t nemp, quando quis venit priuandus Beneficio, Eneas d. effe-
cti 47. 10. modo, n. 12. Sarnen. d. 9. 1. 9. modo, Zerola d.
verbi ius ad rem. §. 9.

54 Sed, vt ibi dicunt Eneas, t Sarnen. istud ius non
habetur in consideratione, quia Beneficium non va-
leat antequam ille priuetur, & sic agenti, seu impe-
tranti in euentum priuationis non competit aliquid
ius ad Beneficium, de quo vide late dicta infra 11. p. c.
3. a. n. 62.

55 Decimus & vltimus modus, quem ponit t ibi
Sarnen. & Eneas 9. modo, numer. 11. & Zerola §. 10. est
per regressum, & accessum, Nauarrus in cap. si quando,
de recepti. præludis. §. & exceptione 11. numero septi-

175
mo. & Flam. Paris. dicit. 9. 23. num. 16. cum aliis. Adde, &
coadiutoriam, cum futura successione. Nauarrus t 1-
bis, quod ius, inquit Sarnen. est considerabile, quo-
ad omnes regu. & dispositiones de iure quæstio lo-
quentes.

Quod sine dubio procedit t post vacationem Be-
neficii difficultas est ante vacationem, nam tunc istud
ius non videtur considerabile, cum sit conditionale
euentum vacationis, Cassad. decif. 3. de præben. & Mo-
hedan. 21. eod. tit.

Sed Quamuis ex eo t non sit considerabile ad effe-
ctum, vt ratione illius iuris ante vacationem interet
referuatio, qua contentatur iure ad rem, vt dicemus
infra p. seq. cap. 1. numero 30. 4. tamen ad effectum, vt
per aliam gratiam non præiudicetur illi, censetur ius
considerabile, quia est ad certum Beneficium, maxi-
me, cum ista gratia concessi solet cum magna com-
pensatione, & præsertim ex clausulis in huiusmodi
gratis, & coadiutoris apponi solitis, & ista post hæc
ait González gloss. 5. §. 9. a. numero 79. quod in vna
Vallisoletana Decanatus 11. Dec. 1600. coram Dom.
Millino fuit resolutum, quod per gratiam coadiu-
toriz cum futura successione acquiritur ius quoad suc-
cessionem vale de considerabile, & proculdubio regu-
la, de non tollendo iure quæstio, locum habet in illo,
qui tamen male allegat decif. Caputaquen. 128. part. 1.
& 31. p. 3. ad id, quod dictum est de compositione
conducunt dicta per González gloss. 2. §. a. numer. vige-
simo octauo.

Ad do videntium modum, t per quem acquiritur
ius ad rem considerabile, quoad dictam clausulam,
dummodo non sit alteri ius quæstio, & regulam de non
tollendo iure quæstio, videlicet mandatum de prouin-
dendo de certo Beneficio vacante in forma dignum,
t vel alias, quod ante collationem non dat titulum,
& ius in re, sed ad rem, vt dictum est cap. præced. n. 55.
vnde per obitum habentis huiusmodi mandatum
ante collationem non vacat Beneficium, sed vt prius
Beneficius in Clem. 1. vt lite pendente, numer. 49. Ro-
ta in Burgen. Canonicatus 18. Aprilis 1597. coram
D. Pamphilio supra relata 2. par. num. 31. vt dictum
est d. c. præced. n. 17. & post hæc tradit González gloss.
15. §. 2. n. 59.

Decimus secundus modus, t per quem acquiritur ius
ad Beneficiu, est oppositio, scilicet constitutione ius cõ-
suetudine dante ius opponendi, Cassad. d. decif. 18. de
Præbend. n. 5. Puteus decif. 235. & 264. li. 2. Sarnen. in
d. reg. de non tollendo iure quæstio, quæst. 1. n. 10. versu.
nam per illam solam oppositionem, t qui ait, quod hoc
ius opponendi habet locum, etiam quando non fol-
um ex constitutionibus synodalibus competeret fi-
liis patrimonialibus, sed etiam quando ex ordina-
tione testatoris tantum volentis proximiorum de
suo genere ad Beneficium præsentari; nam tali casu
per oppositionem proximioris acquiritur illi ius cõ-
siderabile, adeoque virtute d. clausulæ, quatenus non
tollatur ius quæstio, videtur præseruari, vt nouissi-
me conclusit Rota in vna Oxoniens. Capellaniz de
Soron coram R. D. Raynaldo Petricio de mense Iunij
1539. quæ de plano procedunt quando ius opponen-
di competit vigore alicuius constitutionis, vel ordi-
nationis, secus vero, vbi nulla esset constitutio, sed
simplex vsus se opponendi; nam talis oppositio non
dat ius, &c. hæc Sarnen. conformat Cosinas Philiar-
chus de offic. Sacerdotis. 2. p. lib. 4. c. 23. & faciunt dicta
infra 7. p. c. 15.

Sed verius est istud ius t solum esse considerabi-
le re-

176
le respectu Ordinarij, & inferiorum Papa, qui non
possunt illi derogare, Puteus d. decif. 235. Creten de-
cif. 7. de iure part. n. 2. & Rota in vna Toletana Scho-
læstrie de Alcalá, 22. Maij. 1592. coram D. Oratio sta-
tum adducenda, & in Placentina Cantoriz. 24. Octo-
bris 1594. infra adducta, num. 8. 1. & ad effectum, vt
in gratia deuocaturio esset facienda mentio de tali iu-
re, Puteus d. decif. 235. & d. decif. 164. quæ ait non ta-
men esse in ea necessarium derogationem regulæ, de
non tollendo iure quæstio, quia loquitur de iure ra-
dicato, & incorporato, seu iure perfecto, & de præ-
terito quæstio. & retro in d. Toletana Scholæstrie.
Non autem est considerabile ad effectum, t vt per
dictam clausulam, dummodo non sit alteri ius quæstio
censetur præseruatum, nec vt de eo debeat fieri
mentio in gratia de vacante, nam oppositio assimi-
latur acceptationi cum pendeat ex facto se opponen-
tis, & sit in mera facultate, & voluntate illius, sicut ac-
ceptat. Cassad. d. decif. 18. n. 2. Puteus d. decif. 235. n. 3.
Creten. d. decif. 7. vbi fuit resolutum clausulam, di-
muda alteri non sit ius quæstio, positam in noua pro-
uisione non præseruare ius illius, qui solus erat de
genere, & nomine testatoris, & præsentari debebat
secundum tenorem fundationis, non tamen fuit præ-
sentatus, & tale ius non dicit ad rem considerabile, vt
per præsentationem, vel electionem, &c. & Mohe-
decif. 1. de Præbend. & 34. eodem tit. quæ est ad finem
libri alias 22. & 23. vbi fuit resolutum, quod per op-
positionem factam per opponentes se ad Canonica-
tus Doctorales Hispaniz, & per tceptionem per
Capitulum factam non acquiritur ius ad rem con-
siderabile, quod impetrans Canoniarum teneatur
facere mentionem in impetratione de oppositione,
& de tali iure, & Rota in vna Calagurrutana Bene-
ficij de Arcaya. 28. Iunij. 1591. coram D. Seraphino
infra adducta parte sequenti cap. 1. num. 57. 7. ad finem
& in d. Toletana Scholæstrie, quæ sic ait. t Domini
tenuerunt Francisco Herrera super vacatione Scho-
læstrie, de qua agitur, audiendum, quæ, si habeat qua-
litate ad illam obinendam à statuto requisitas, potuit
ad vacuum se opponere, itaque ex oppositione ius sibi
fuit ad illam acquisitum, Cassad. decif. 18. num. 4. de
Præbend. Sarnen. super reg. de non tollendo iure
quæstio, quæst. 1. num. 10. versu. nam per illam solam
oppositionem, & hoc manifestum sit, quia in gratia de
vacato necessario de tali iure ex oppositione acquisito
fieri mentionem oportet, vt per Puteum decif. 235. lib. 2.
sed tanto magis, quando non agitur contra prouisum A-
postolicum, vt est casus noster, sed contra eum, qui ius ab
Ordinario fuit affectus, nam huic certum est facultate
delegandi statibus Ecclesie non competere, Puteus
decif. 235. num. 3. & 4. neque in contrarium facit quod
voluit Mohebas. decif. 22. & seq. nempe ex oppositione
non competere opponenti aliquid ius considerabile in re,
vel ad rem, quia loquitur in diuersis terminis, videlicet
ad effectum, ne taciturnitas illius in gratia de Beneficio
vacanti possit causare surreptionem, non autem quando
statutum adest, per quod tribuitur ius opponenti, Puteus
decif. 235. lib. 3. Anton. Aug. in epitome tit. de prouin-
sione & oppositio. §. 1.

Et idem fuit resolutum t in causa Placentina Câ-
toriz. 12. Ianuarij. 1594. coram D. Aregonio, in qua
Domini tenuerunt, quod ex oppositione, & requisitio-
ne Mathe de la Pila Canonici Placentini ad Canto-
riam vacationem, non fuit acquisitum ius, de quo in gratia
Apostolica D. Didaci de Aquilera esset facienda men-
tio, & per quod eius gratia pesser dici nulla, etiam stan-
te statuto fundamentali dicte Ecclesie à Papa co nfir-

177
mato, & quod Dignitates vacantes prouiderentur Cano-
nicis dicte Ecclesie, quibus nihil obstat de Canonici
instituti, ex Cassad. d. decif. 18. de Præbendis, Mo-
hed. decif. 22. & 23. Puteo 235. lib. 2. Gomezio d. quæst. 1.
num. 10. Anton. August. in repertorio, tit. de Præbend.
§. de oppositione, nec obstat decifio Putei 235. lib. 2. &
233. lib. quia illa prima procedit in gratia de vacante,
secus in gratia de vacante, vt in proposito in qua est di-
uina ratio, vt ibi dicitur in secunda vero contra oppositio-
nem fuit processum ad plura alia, per quæ fuit ius que-
situm, vt ibi dicitur, quasi non esset processum, ius
non quæretur ex sola oppositione vt ibi dicitur, idem
etiam fuit tentum in vna t Calagurrutana de Iocano
15. Maij 1600. in qua fuit resolutum, sententiam poste-
riorem esse validam non obstante defectu iurisdictionis
apposito ex eo, quod Nutrius non habere facultatem
committendi causas Beneficiales, nam fuit dictum hanc
causam non esse Beneficialem, quia Cassat. vti præsen-
tandus pratendebat sibi debentem esse Beneficium, non au-
tem petebat illud tanquam suum, Bald. in authent. liti-
giosa, num. 1. C. de litigio. & quando lites sit super præ-
sentatione, cuius aliquis. Se opponit ad impediendam insi-
tutionem, causa non dicitur Beneficialis, vt fuit dictum
coram Oradino in causa Aretina de Ragusino. 24. Aprilis.
1559. quam allegat Lancel. de attentatis cap. 4. in
præf. nu. 489. &c. Nec obstat, quod ille sit filius patri-
monialis, & se opponat, quia per oppositionem non ac-
quiritur ius ad rem, nec in re super Beneficio, ita vt po-
tuit illud petere tanquam suum, vt in d. Placent. Cantoriz.
& c. Et tradit post hæc González gloss. 9. §. 1.
à num. 88.

Ex qua decisione t Placentina, & d. dec. Put. 237.
apparet, id intelligi nisi vltra oppositionem oppositio
iustificauerit quali tates necessarias, & requisitas
per constitutionem, seu priuilegium, ita vt censetur
ad illa vocatus, & sola prouiso deficiat, nam tunc ex
tali oppositione, & verificatione qualitatim cesset ip-
si quæstio ius considerabile, de quo in prouisione
aduertarij erat facienda mentio, & oppositio in isto
casu assimilaretur presentationi, seu electioni, quam
acceptationi, &c. Et consequenter esset præserua-
tum per d. clausulam, dummodo non sit alteri ius que-
situm, & haberet locum d. regulæ de non tollendo iure
quæstio. Vt fuit resolutum in d. decif. Putei 235. lib. 3. in
vna Burgen. Canonicatus, & præbende Doctora-
tie de anno 1549. de qua est consilij. 51. Mandosij, t 70
qui ait, quod ex oppositione competente ex aliqua
constitutione, vel priuilegio acquiritur ius conside-
rabile, vt non tollatur per clausulas generales rescri-
pti, & sit referuatum per clausulam, dummodo alteri
non sit ius quæstio, in fine tamen referuato Rotam
dixisse simplicem oppositionem non esse considera-
bilem, sed quia vnus tantum se opposuit, & verifica-
uit esse in casu priuilegij Sixti. III. illud ius ef-
se considerabile, & tradit González sup. numer. 92.
& seq.

Vnde, si essent plures t oppositores, qui verifi-
cassent qualitates necessarias, nulli esset ius que-
situm considerabile, sicut dicitur de patronis plures
præsentantibus, quibus nulli ius acquiritur ad rem
vt per Mohebas. d. decif. 1. & diximus supra titul.
11. González vbi proxime, qui num. 94. ait fuisse de-
cisi in vna Calagurrutana Beneficij de Ocon. 16.
Iunij. 1705. coram D. Otinbergo, quod per sententiam
deklaratoriam factam ab Ordinario continentem
Beneficium patrimoniale esse debitum N. vti ido-
riori, etiam ante præsentationem, & institutionem
post modum faciendas acquiritur ius ad rem consi-

216 de rab ile, ex quo iam erat idoneus ab examinadoribus repertus.

72 Vnde etiam in terminis dicitur decisionis 7. Cre- scen. videtur, quod si ille qui erat solum de genere, & nomine, & debebat presentari secundum fundationem, id verificasset ante obtentam novam provisionem per adversarium aliter dicendum esset, nempe quod esset ei questum ius considerabile, de quo non solum esset facta mentio in nova provisione adversarii, sed etiam esset preservatum per dict. clausulam, dummodo alteri non sit ius questum, & haberet in eo locum d. regula. de no tollendo iure questum.

73 Quintimo in terminis d. decisionis Crescentij, etiam ille, qui erat de genere, & nomine, nondum id verificasset, videbatur necessaria mentio non solum de lite, sed etiam de tenore fundationis, vt ibi factum est, & quamvis non esset necessaria derogatio d. regula. de non tollendo iure questum, nec preservaretur per illam clausulam, dummodo alteri non sit ius questum, iuxta supradicta, alias enim non censetur Papa velle derogare fundationi etiam in gratia vacante.

74 Et ita fuit resolutum in vna t. Visibonen. Prioratus 4. Julij 1601. coram D. Seraphino, vt in decisione sequenti. Fuit conclusum locum esse sequestro, primo, quia possessio capta per D. Mattheum Bernardes fuit capta pendente appellatione a decreto Ordinary capiti non solum de appellatione libr. 6. & 2. vt lite pendente, eodem lib. nam, licet Princeps non attendat, vt per Egidium dec. 249. in fine, tamen possessio vigare gratia capta post appellationem, seu post inhibitionem est attentata, & deo deo de attentatis p. 2. cap. 4. in praefatione numero 413, cum aliis, quod maxime procedit stante, quod gratia erat surrepticia cum non fuisset narrata lit, neque narratum Beneficium esset debitum certo generi personarum in fundatione, prout constat ex privilegio, & tribus sententiis alias in Rota antiqua laici, quo casu gratia Papa, non facta de hac re mentione est nulla, Thomas dec. 102. Eneas de Falcon. q. 3. n. 22. Puteus dec. 239. n. 2. l. 2. non obstant, quae ex adverso deducta fuerunt, & primo, quod deducitur fuisse processum iuxta formam praescriptam a S. Concilio Tridentino, quia praeterquam quod non tuetur attentationem, decretum illud quod habetur scilicet 24. capite. 18 de reform. non procedit, ubi in fundatione fuit data diversa forma, quae est observanda, vt patet ex resolutione S. Congregationis, nec obstat, quod dicitur in actu non consistere de possessione capta per Mattheum, ex quo processus ille non est in forma probanti quia dato & non concessio, quod ut res se habeat tamen non ideo excluditur quin sit opponendum sequestro, imo factus debet concedi, si possessio vacat, ne interim dilapidentur fructus Prioratus, & ex his conclusum pro sequestri appositione. Accedit decisio Caesaris de Grassis 97. numero sexto & 91. num. 1. & 2.

Et quod diximus t. numero 65. huiusmodi ius ex oppositione competens non esse considerabile, vt de eo debet fieri mentio in gratia de vacante, videtur procedere quando huiusmodi ius, & oppositio competit ex statuto, consuetudine, vel privilegio, & ita loquuntur decisiones ibi citatae, & numeris sequentibus, cuius in fundatione, quae est magis favorabilis, & cui non ita facile censetur per Papam derogari ad tradita infra sexta parte capit. primo a numero 118.

75 Praeterea circa d. decisionem t. Calagurritanam de locano, quatenus dicit non esse causam Benefi-

cialem quando quis se opponit praetendens sibi vt praefentando, vel alias Beneficium esse debitum, & con sequenter Beneficium non fieri litigiosum, quod etiam alias fuit resolutum in alia Calagurritana de Curatu t. coram D. Oriolen. 7. Martij nempe quando opponitur in praesentatione, praesentatum non esse institutum causam non dicit Ecclesiasticam ex Lanceloto dicit numer. 489. quia causa non dicitur Beneficialis quando quis petit Beneficium tanquam sibi debitum, sed tanquam suum, aduerto t. id non videri verum, nam quamvis in profanis solum dicatur res litigiosa, de cuius dominio questio movetur, vt in dict. authent. litigiosa. C. de litigiosis, tamen in materia Beneficiali causa dicitur Beneficialis, & Beneficium litigiosum, non solum quando est questio, cuius sit Beneficium, & ad quem pertinet, seu quando quis illud petit tanquam suum, sed etiam quando litigatur super iure ad rem, & Beneficium confrendo principaliter, vt patet ex capite 1. vt lite pendente in 6. ex quo Beneficium, vt litigiosum per litem inter electos, seu praesentatos, qui non petunt nec possunt petere Beneficium tanquam suum, sed tanquam sibi debitum, & quando ex mandato de providendo quis petit beneficium sibi conferri, & assignari in contradictorio iudicio cum interlo, seu alio ius praetendente, clarum est causam esse Beneficiale, & Beneficium litigiosum, & hoc forte vult Baldus in dict. authent. litigiosa, numero 1. ibi, extra eius dictum, factum est casus in capite extra. vt lite pendente libro sexto.

Et quod dicit d. decisio. Aretina de t. Ragulin. & cum ea Lancel. dicit. num. 489. accipiendum est quando quis solum se opponit praesentatis institutus non petens Beneficium tanquam sibi debitum, seu tanquam suum, secus vero quando quis se opponit petens Beneficium tanquam sibi debitum ex fundatione, vel alias, seu tanquam suum, & facit tradita infra in p. ca. 3. a. n. 75. & ita tenendum est, quicquid dicat Gonzalez §. 2. proem. numero septuagesimo octavo.

Quod autem diximus ex oppositione, t. & verificatione qualitatum per oppositorem facta, esse ipsi questum ius considerabile, accipiendum est quando illa verificatio facta est legitime, & servata iuris ordine, ac secundum formam constitutionis, non alias, vt fuit resolutum in d. Placentina Cantoriae 24. Octobris 1594. coram D. Seraphino, vt in sequenti decisione. Cum in gratia Didaci apposita clausula, dummodo tempore data praesentium non sit alius ius questum, fuit per Mattheum oppositum tempore datae gratiam fuisse sibi ius questum ratione oppositionis, res requisitionis suae, super quo ar. Dominus proponente R. P. D. meo Aragono, resolutum non fuisse ex sola oppositione, seu requisitione nisi aliquid considerabile questum Matthei, etiam stante statuto Ecclesiae Placentinae. Cassiodorus dec. 18. n. 3. de probation. cum aliis allegatis in decisione, verum quia ultra oppositionem allegatum fuit pro Mattheo, fuisse ad plures alios actus processum, arbitrari, an simul cum oppositione concurrant alij actus, & tales, ex quibus fuerit ius questum Matthei, & fuit omnium Dominorum consentiente opinio decisum non adesse tales actus, ex quibus fuerit ius questum Matthei, cum enim maior pars eorum proveniat ab ipso solo Mattheo, res dicitur remanere in simplicibus terminis acceptationis, per quam non dicitur questum ius, vt per Rotam 17. de Praeben. in novis late Cassad. d. dec. 18. de Praeb. Feli. post Card. & alios, quos allegat. in 6. causam, quae, nu. 26. de rescrip. Sarmen. do

iure questum non tollendo, q. 1. nu. 30. idem vt dicitur ad hunc effectum non questum, nec esse est, vt ex parte collatoris deventur ad aliquis actus prout in dec. Putei, 253. lib. 1. neque hoc deest sequitur Mattheus praetendens, & parte collatorum fuisse deventum ad plures actus, & ad collationem, nam Patens legitur quando ibi actus fuit fuerunt servato tenore, & secundum formam a iuribus traditam, ac in casu de quo agitur omnia fuerunt nullius gesta, & non servata iuris, nec statuti forma, ideo nihil operantur, capite non praestat de regulis iuris in texto, Rebuffus super regula de in iuris glo. a decimatercia in prim. nullus vero in eo consistit, quia, non potest conferendi esse penes Episcopum, & Capitulum tam secundum statutum, quia de iure canonico, Cassad. dec. 22. de Praeben. neque ab eis esse abdicata non potest, cum Episcopus nunquam absolute negaverit se velle committere Capitulum, vel conferre Dignitatem, non idcirco ex iura causa distulit, vt videtur Petrum referaturum fructum in iuribus suis, & tempus conferendi quod est sex mensis, non habereur, ita vt periculum esset, ne potestis expraret, & ita nullus adest Episcopi, & Capituli mora, aut negligentia, utique non poterant Archidiaconus de Medellan. & alij duo Canonici facere collationem Mattheo. non enim talis facultas ad eos erat devoluta, quod eo magis est dicendum, quod in eodem Capitulo, quod fuerat ab Archidiacono de Traxello congregatum ad consultandum, an esset parendum in inhibitione Episcopi, qui inhibuerat, ne Capitulum congregaret ad effectum providendi de Beneficio vacantis per obitum Francisci, inter quae erat haec Dignitas, de qua agitur, tunc maior pars obtinuit esse parendum mandati Episcopi vti iusto, & nihilominus Archidiaconus, & alij duo Canonici deventur ad illum alium, ceteris contradicentibus nullius, & de facto, ad notata per Abbatem in capite cum nobis numero 9. de elect. & ibi longe. numero vndecimo, Bur. numero 32. non obstat, quod dicitur consilare, & consilisse de habitantibus Matthei, quia non fuit ad hoc legitime processum servata forma statuti, licet non possit Episcopus ubi certo generi personarum debetur Beneficium, alij praesentare alij providendo, tamen sensus est in Papa, quia est absolutus dominus omni in Beneficium, Crescen. dec. 7. de iure patris, neque obstat, quod facta non innotatione, & requisitione, collatio sit habenda pro facta, ex quo non stat per eum fieri debet iure civilis de condition. & demonstr. & hoc sufficit, vt Papa dicatur praesentis in conferendo, iuxta ea quae tradit Rebuffus de pacificis possessionibus, numero 312. quia praeterquam quod legitur in terminis concordatorij, super quibus adest particularis provisio circa hanc requisitionem, praesentibus, ubi collator sine aliqua iusta causa aeneat collationem facere, quod non adest in casu isto in quo nunquam devotata fuit collatio, sed tantum dilata ex causa, vt per illum alium remissis fieri praesudicium. Nihilominus non obstat decisio Putei 253. lib. 1. secundum, quia legitur in alius terminis, neque ad effectum, vt de statuto fieri debet mentio in imperatione, & haec doctrina bene colligitur in sine decisionis, ubi respondet decisione decima octava Cassad. & ita fuit conclusum, pro non iure Matthei.

81 Ex praedicta resolutione t. inseritur ad oppositiones, quae fiunt ad parochiales vacantes ex decreto S. Concilij Trident. sess. 24. de reform. c. 18. & constitutione Pij V. videbatur per oppositionem non acquiri ius considerabile ad Parochialem ante approbationem, neque etiam post approbationem, ab examinadoribus factam si plures sunt approbati, quan-

uis Episcopus ex eis debeat eligere quem ceteris magis idoneum iudicaverit, & alias dignior praeternitius possit appellare a mala electione ex d. decreto Concilij, & constitutione Pij V. electum vero ex approbatis tanquam magis idoneum ab Episcopo atque eum, qui solus est approbatus, quia alij non se opposuerunt, aut non fuerunt approbati, habere ius considerabile ad Parochialem, cum illi, & non alteri collatio Ecclesiae fit facienda ab eo, ad quem spectabit eam conferre iuxta dictum decretum Concilij, t. Et quod per non innotationem dignioris, seu electionem factam per Episcopum praemisso concursu, queratur illi ius ad Parochialem tradit Nau. cor. 11. de rescrip. & Zerola 1. part. verbo Beneficia. §. 5. 4. dub.

Nihilominus tamen iuxta dicta t. infra p. seq. c. 7. §. 1. n. 83. dicendum videtur, quod quando collatio Parochialis spectat ad ipsum Episcopum facientem concursum, approbatus etiam solus, aut ex approbatis electus ab Ordinario, non habet ius ad Parochialem absolute, sed solum ex suppositione, quod Episcopus velit conferre, quando vero collatio Parochialis spectat ad Papam, vel alium, ille, qui solus est approbatus, vel ex approbatis electus ab Ordinario, videtur habere ius considerabile ad Parochialem ex d. decreto Concilij, & d. dec. Putei 253. lib. 3. dummodo iura quatuor mensis significetur Papae vel collatori iuxta d. constitutionem Pij V. vnde dicitur ius censetur praesentatum t. per d. clausulam, dummodo non sit alteri ius questum, & in eo habeat locum d. regula de non tollendo iure questum, quicquid posthac dicat Gonzalez glof. 6. n. 119. & glof. 9. §. 1. numero 94. nec decisiones Rotae quas allegat id dicunt.

Et hoc videtur procedere t. etiam concursus approbatio, & electio ordinarum t. principio ad collationem faciendam per ipsum Episcopum, quia forte ignorabat reservationem, vel alias, & etiam si de facto collatio per eum sit facta, nisi proutvis factus, vel scire debens reservationem coepit, vel retinuerit possessionem parochialis, & administraverit, vel fructus perciperit, & sic amittit ius iuxta c. auaritia de elect. n. 6. & dicta infra in p. ca. vlt. dub. vlt. numero 215. & cap. si Beneficia t. de Praeben. 6. quia sic fieri hac, vel illa intentione, & sine, & etiam collationem fuisse factam ab Ordinario, parum videtur referre, dummodo in substantia, & effectu sit servata forma Concilij, & constitutionis Pij V. facit lex. 2. c. communia de legatis in fine ibi, non enim verbis, sed ipsi verbi leges imponunt, & facit decisio Rotae in causa Volaterrana parochialis. 20. Maii. 1591. coram D. Gypsi, in qua fuit resolutum, propter errorem expressione factam in edito, quod Parochialis erat reservata, non esse locum reservationis, nec constitutionem Pij V. quia talis expressio tanquam non necessaria non vitiat, l. testij. C. de testib. & c. Alias sequeretur, quod si in edito diceretur, t. parochialem spectare collationem Ordinaris seu vacante in mense Ordinaris, vel e contra diceretur parochialem vacante in mense referatur, seu alias esse referatur, & sic facto concursu, & examine postea competum esset non esse ita, vt in edito dictum est, non posset Ordinarius virtute illius concursus, & examinis vltimus procedere, sed esset opus nouo concursu, & examine, quod non videtur dicendum, t. Nec decretum reservationis tollit, & irritat concursum, & approbationem, sed solum collationem, & inde secuta, vt constat ex d. decreto Concilij, & constitutione Pij V. & dicitur

infra 9. p. c. 2. a. n. 151. & sic optime textus in c. si confirmacionem de elec. in 6.

89 Quamvis Romani vna ¶ Derrufen Parochialis de Tuiua per tres decisiones, & sententias aliud voluerit, vt in decisionibus seqq

13 Febr. 1593. coram D. Penna.

90 Reseruetur at ¶ Fel. record. Greg. 14. die 5. Decemb. anno 1590. omnia Beneficia cum cura, & sine cura post quantum diem & per totum d. annis 1590. vacantia, vt appareat ex regula 8. Cancellariz eiusdem Pontificis, & cum die 27. eiusdem mensis Decembris vacasset illa Parochialis oppidi de Tuiua, Episcopus Derrufen apostolus edidit, & factis concursibus, ad quem inter ceteros comparuerunt Franciscus Virgilius Tarracoen. & Raymundus Iorda Derrufen. ambo de rectorum Dolores die 12. Ian. 1591. declarando Parochialem Francisco fore conferendam eodem tempore pure, & simpliciter etiam per irritam impositionem eidem Francisco eam contulit, qui die proxime sequenti vigore collationis sibi facte, tanquam Rector in manibus Episcopi Fidei professionem faceret, & die 15. in veram, & realem eiusdem Parochialis possessionem inmissus, saltem vsque ad 24. diem Ianuarij actus rectorales exercuit, interim Ordinarius habita forsitan notitia prædictæ reservationis sub die 12. Ian. a. 1591. literis quibusdam certificatoris ad Papam directis afferens se idem Parochialem Virgilio contulisse, quod reservationem ignorasset, paratum se obrulit sua Santissimæ mandatis obedire, & Virgilius literas suas approbationis infra quatuor menses iuxta constitutionem Pij V. de prouisione Parochialium in Datarie libro die 17. Aprilis 1591. presentando de Præfata Parochialis sibi prouideri petebat, ceterum, quia Paulo ante Raymundus die 17. Martij 1591. eandem Parochialem tanquam reseruatam ad Sedem Apostolicam impetrauit, & habitatus, an Franciscus competeret ius ita, vt Parochialis sibi foret adiudicanda, & Domini non competere responderunt, primum non ex collatione Ordinarij, quia ipse obstatat Papalis reseruatam cum decreto irritante c. 2. & c. dudum de Præb. lib. 6. Rota dec. 1. numer. 4. de rerum permutat. in nouis Simoneta tract. de reseruat. q. 43. n. 1. & q. 79. n. 4. quo Papali decreto ligantur etiam ignorant cap. 1. de conce. Præb. lib. 6. c. quodam. §. fin. ver. prima enim collatio, vbi id annotat. Ioan. Andr. de Præb. lib. 6. & Clem. 1. vbi gloss. verb. attentari de conce. Præbende. Cassad. dec. 12. n. 5. super regulis. Simoneta de reseruat. q. 96. Acorambonus dec. 19. li. 1. Con. in cap. Alma mater de sententia excom. p. 1. §. 10. n. 8. & seq. operatur præterea nullitatem actus contra tale decretum gestis, Cassad. dec. 1. numer. 1. de Præb. Con. practicarum c. 9. numer. 7. Fel. c. 2. n. 7. ver. 4. limita. de constit. cum similibus congestis per Gabriele, tit. de clausulis conc. 3. Nec concursus cum subiecta examinatione approbatione, & Episcopi electione dicebatur competere aliquod ius Franciscus, vt competere videbatur ex dispositione Concilij Trid. sess. 14. c. 18. §. peracto deinde examine, nam cum iudici Concilium vltimus precedendo constituit, vt perfectio examine ei, qui fuerit approbatus, & magis idoneus indicatus fiat collatio ab illo, ad quem spectabat eam conferre, & in casu proposito propter reservationem collatio spectaret ad Papam, approptio, & collatio Ordinarij nullum ius tribuere potuit stante decreto irritante approbationem & collationem Ordinarij insistente Rota dec. 1. numero 4. de rerum permut. in nouis Par. cons. 159. l. 4. numer. 21. & tamet-

si ex concursu, approbatione, & electione Ordinarij, & quod ius considerabile Franciscus competere potuisset, aliud amiserat, ex quo caperat possessionem iussu collationis ab Ordinarij sibi facte, capite si Beneficia de Præbendis libro 6. c. cuius textus dispositus, quatuordecim res tantum afficeret, vno nomine Franciscum comprehendere videbatur, qui non ante admisserat Parochialem, quam sibi fuisset intimatum breue de captanda possessione nomine Camera obtineatur per Raymundum post multos menses elapsos à tempore reservationis Papalis, cum non esset verisimile eum tunc reservationem ignorare, quod vel ex ipsius Ordinarij literis ad Papam directis non obscure colligi videbatur, qui propterea Parochialem se contulisse fatebatur, quia reservationem ignorauerat, nam cum semper mensis Decembris sit vnus de quatuor mensibus Ordinarij, non fuerat necessarium talem prauisere executionem, & tamen cum hac ageretur die 12. Ianuarij, nihilominus Franciscus vigore collationis Ordinarij die 15. eiusdem possessionem Parochialis voluit adipisci, ad decisionem in casu Gerandis facta die 26. Martij 1967. coram Cois, quam Dominus vix progenitua Rota decisione agnoscere dignabatur, respondebatur eam omnino applicari huius themati, vbi non fuerat seruata Concilij Tridentini forma deputando a canonum cum congrua fructuum assignatione, donec à Papa foret de parochiali prouisum, ad quem tanquam de Beneficio reseruatam collatio pertinebat, eodem modo dicebant Domini respondendum ad decisionem pnti 253 incipit. dabitur Dominus libro tertio: nam propterea ibi ex oppositione fuerat ius considerabile acquisitum oppositoris, de quo mentionem fieri oportebat, quoniam concursus fuerat factus ad eum effectum ab eo, qui conferre poterat, sed in hac causa concursus, & examen Franciscus, vt euenit demonstrat, non poterat dies facta ad effectum, vt papa deinde conferret, cum Ordinarius contulerit, & ideo ex illis tanquam ex præambulis ad collationem à papa faciendam non fuerat Franciscus quæsitum aliquod ius considerabile, imo verò, si quod acquisitum, extinctum fuerat per collationem Ordinarij ad quam actus precedentes videbantur ordinari. Præterea cum decisio pnti loqueretur solum ad effectum, vbi dicitur mentio fieri deberet, ex eo non poterat huius facti applicari quod ex serie & narratione totius causæ, expressa fuerant à papa omnes illius circumstantia. Illa que obtinebantur contra prouisionem Raymundi tanquam aliena à præfata dispositione, in qua solum quærebatur de iure à Franciscus presentio, non indigere responione, Domini censuerunt, & ita fuit conclusum nullum competere ius Franciscus, nec ei parochialem adiudicandam.

In eadem, decimo nono Iunij 1595, coram Dom. Lisa.

91 In hac reseruatam standum esse in decisio sub die 12. Febr. 1593. coram D. Penna rationibus, de quibus in casu, & ad illud, quo præsupponitur informantes in hac positione pro Dom. Francisco Virgilio, quod licet decretum irritans appositum in regula reuocatoria insinuat collationem Ordinarij, & omnia inde facta, non tamen annullat concursum, & approbationem in eo factam, per quem ius præstenditur quæsitum ipsi Franciscus, vt ei, & non alteri sit facienda collatio iuxta dispositionem Concilij Tridentini sess. 14. c. 18. & constitutionis Pij V. super modo, & forma prouidendi de parochialibus suis per Dominos responsum non posse Franciscum hoc in casu renouari dispositione dist. Concilij, & ten-

constitutionis, tum quia non appareat obseruatam fuisse formam à d. Concilio, & constitutione traditam ad leg. auxilium. ff. de minor. gloss. fi. c. constitutus de appellat. Par. cons. 47. n. 9. & 61. l. 1. & quod non fuerit seruata forma Concilij ex eo conuenitur, quod collatio per Ordinarij eidem facta fuit simpliciter, & absque aliqua protestatione, & vltimus eidem tradita fuit realis possessio d. Parochialis aliquo in æconomum non deputatis cum assignatione congrua, donec collatio ipsa fieret per Papam, ad quem de iure spectabat, vt disponitur in d. Concil. cuius quidem in forma ad vnguem erat obseruanda, cum de iure per æquopollens adimpleri non possit, vt alias fuit dictum in illa V. laterana Parochialis 20. Martij 1591. coram D. Giffio, tum etiam, quia ex prædictis, collatione scilicet Ordinarij, admisione professionis fidei & traditione possessionis absque aliqua reservatione, aut protestatione factis post dictum concursum, & approbationem satis clare colligitur concursum ipsam fuisse ordinatum, ipsamque approbationem admittam fuisse duntaxat ad effectum collationis Ordinarij ad textum in §. pauonum, & de rerum diuis. in l. vxori. §. fi. de leg. 3. §. cum alius per Decretum cons. 118. numer. trecentesimo quinquagesimo. l. 1. quod comprobatur ex eo, quod si Ordinarius de tempore collationis ignorabat reservationem, prout per iusfermatas pro ipso Franciscus præstenditur, impossibile idcirco est, quod concursus non admisserat Ordinarij, prædictumque Franciscus approbauerit etiam ad effectum, vt eidem fieret collatio per eadem Apostolicam vt de beneficio reseruatam eum animus ad ignorata non applicetur. l. sicut certis. & l. si cum in vtero. C. de testam. Milit. l. si hæres institutus. ff. de acquirenda heredit. cum alius, per Corneum cons. 173. numer. 4. lib. 4. vnde, cum actus huius non operetur ultra voluntatem eius l. qui recipiunt, & l. qui iniuriarum ff. de iniuriis, & est iacerdos de offic. Ordinarij. sequitur propterea, quod ex d. concursu, & approbatione non potest dici aliquod ius quæsitum Franciscus Virgilio, ad effectum, de quo agitur, nec literis certificatoris Ordinarij datis, vt præstenditur sub die 12. Ianuarij 1591. & sic per diem ante imperationem Raymundi iurari potest Franciscus Virgilius, tum ex prædictis, tum quia prædicta litera maxima suspensione anidata non carens ex deductis per informantes pro D. Raymundo, & ex eo, quod sub die decimo quinto eiusdem in executionem collationis Ordinarij inmissus reperitur Franciscus ipse in possessionem realem d. Parochialis, quod, vt omnibus patet, de directo repugnat effectum litterarum ideo, &c.

In eadem 24. Novembris 1595, coram D. Cordua.

92 In hac reseruatam standum esse in decisio, & confirmanda esse duas sententias Rotalet ad fauorem Raymundi non obstantibus, quia de nouo adducebantur, fundamenta, quorum præsuppositum factum, quod esset ius quæsitum Virgilio ex approbatione Ordinarij in concursu facta ad Parochialem, de qua agitur, & de illo etiam facienda mentio in gratia Raymundi iuxta decisio. Pnti 253. l. 3. Domini dixerunt iure non subsistere, nam cum præparatoria non sit in consideratione, quando adest præparatoria, sicut non attenditur modus quando habetur effectus lib. cum seruis de verb. oblig. l. si mater. C. de instit. & substit. cum vulgaribus, tum etiam ius aliquod potest considerari ex approbatione, quando esset ordinata ad collationem, que non fuisse seruata effectum, cum tamen reperitur consensu collatione, non potest se or-

tum attendi, vt de per se tribuatur aliquod ius, facile etiam tollatur obiectum contra resolutionem vltimo loco factam, vt quia fuit dictum non esse seruatum formam Concilij Triden. quia non fuit deputatus æconomus, quatenus opponebatur illam non esse de forma, Rota enim voluit ostendere nullitatem concursus non directi ad collationem Papæ, quo casu seruanda sunt disposita per Concilium, Minus obstatat fundamentum adductum ex c. si confirmatum. de elect. in 6. vbi infirmatur confirmatio electionis, non electio, quia illud procedit quando nullitas vnium comprehendit, & non aliud, quia recipitur separationem, vt dicitur de institutione, qua annullata presentatio, vt fuit dictum in illa Toletana Parochialis coram D. Decano 3. Iulij presentis anni, nullitas vnium non inficit presentationem, vel electionem, sicut in casu nostro inficitur vtrumque Franciscus in d. c. si confessionem numer. secundo, nec subsistit, quod dicebatur potuisse fieri concursus iuxta Concilium ad effectum, vt approbato fiat collatio ab eo, ad quem spectabat de iure, hoc enim verum est, & procedit decisio 48. diuersorum p. 1. in impressis, sed non fuit ita factum, vt constet ex postea gestis per ipsum Ordinarij, & quo prouisum ad concursum admissit, & ipsum prouisum, qui acceptauit cum emissione solemnium professionis, ex quibus appareat, d. concursum fuisse præordinatum ad effectum solius collationis Ordinarij, que allegabatur de ignorantia non intrant, cum regula comprehendat etiam ignorantes, ac inde non possit dici, quod si de illa, quam habuit Ordinarij, narratum fuisset Papæ, non concessisset, capite primo de concessione Præbende in sexto, & fuit resolutum coram. R. P. D. Penna in hac causa.

CAP. IV. De commendâ. SVMMARIA.

Beneficium aliquando conceditur non in titulum, sed in commendam, & quando dicatur concedi in titulum, 1. Titulus hic accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi Beneficia. in 2. licet alias multis modis sumatur. num. 3. Titulus verus, & iustus dicitur, si nihil vitij habet aliquo cum colore, cuius habet, dicitur coloratus, numero quarto. & de titulis coloratis remissive, numero quinto. In commendam conceditur Beneficium, cum datur alicui in custodiam, & administrationem, n. 6. Commenda est duplex, altera temporalis, altera perpetua seu in vtilitatem Ecclesie, altera in vtilitatem commendatary, n. 7. Inferior Episcopus non potest Beneficium commendare, contra Hosedam, & Cuchum à n. 8. & seq. nisi habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, numero duodecimo. Nullus Ordinarius inferior Papa potest perpetuo commendare, n. 15. Capitulum, nemo, de electione in 6. solum loquitur in commendam Parochialium, de qua qui sint videndi, numero 14. & hodie est correctum ex Concilio Tridentino num. 15. Alia Beneficia videntur posse commendari ultra sex menses etiam ad viciam per Ordinarij, numero decimo sexto.